

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Reuerencia a
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Reuerencia a:

Cham nuditatem patris irrisit
et semen suum in seruitutem perpetuam dampnauit.
Absalon quoque Daud de regno expulit et concubinas
eius incestauit, sed morte condignas penas luit.
Elysei caluicium pueri Bethel irriserunt
et duo ursi de saltu
ex eis quadraginta duos lacerauerunt,

quia puerilis stulticia Iudeorum in Caluarie loco Christum
crucifixum irrisit. Sed quadagesimo secundo anno post
ascensionem eius duo ursi, Vaspacianus
et Tytus, de saltu gentium egressi illusores seuissime
laniauerunt.

Glossa Ecclesiastici III. super illud: Honora patrem tuum
ut superueniat tibi benedictio et cetera.

Fons proximus:

Benedicto patris et cetera. Rabanus....

Cham nuditatem patris irrisit.
et semen suum in seruitutem perpetuam dampnauit.
Absalon quoque dauid de regno expulit. et concubinas
eius incestauit. sed morte condignas penas luit.
Helisei caluicium pueri bethel irriserunt.
et duo vrsi de saltu
ex eis .xlii. lacerauerunt

quia puerilis stulticia iudeorum in caluarie loco christum
crucifixum irrisit. sed .xlii. anno post
ascensionem eius duo vrsi id est vespasianus
et titus de saltu gentium egressi. illusores seuissime
laniauerunt.

Glossa ordinaria, liber ecclesiastici, 3.11 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Fons primus:

Nam nudatum patrem suum Cham irrisit.
et seruitutem perpetuam semen ejus inde sustinuit.
Absalon David de sede regni sui expulit, concubinasque
ejus stuprauit; sed morte condignas penas luit.
Sic et Elisaei prophetae calvitium pueri Bethel irriserunt,
et egredientes duo ursi de saltu
quadraginta duos pueros ex eis lacerauerunt:
cujus mysterii ratio in Christi passione completa est, quem
puerilis stultitia Iudaeorum in Calvariae loco
crucifixum irrisit. Sed quadagesimo secundo anno post
ascensionem ejus ad coelos, duo ursi, hoc est Vespasianus
et Titus, de saltu gentium egressi, illusores saeuissime
laniauerunt.

Rabanus Maurus, *Commentariorum in ecclesiasticum libri*
decem, 1.10 (PL 109, col.778D-779A).